
SANCTIONES PIENTINAE



In SYNODO PROMVLGATÆ

Anno Salutis MDCXLVIII.
Die xxxj. Mensis Augusti.

PERVSIÆ, Ex Typographia Camerali, Apud Hæredes Petri Thomasij, & Sebastianum Zecchinum. MDCLXVIII.

SVPERIORVM CONSENSV.

IOANNES SPENNAZZIVS PATR. SENEN.

Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus Pientinus XI. eidem Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubiectus.

Vniuerſis Parochis ſuæ Ciuitatis, & Diœceſis ſalutem.




Pinis, ſentibuſque ſylueſcit omnis ager incultus. Leges item dum humana ſocordia obſoleſcunt agricolæ vigilantis, & laborantis opus expoſtulant, & efflagitant. Quod dum præſtare ſtudemus, non ab re duximus huiuſcemodi Decreta typis excudere, quia in lucem

edita, & prospectui publico paten-tia magis inspiciuntur, atque ad eorum adimplementum stimulatius alliciunt. Illud vero seruãdum existimauimus, vt quidquid à sacris Canonibus, & Pontificijs diplomatibus, seu Ritualis Romani, & Cathechismi documentis mandatum extitit, idipsum hic repetere superuacaneum simus arbitrati, præfatarum rerum peritos satis vosmetipsos animaduertentes. Quot quot igitur estis sacrosanctis initiati mysterijs, ad sanctioris vitæ incrementa properate, & gregem vobis concreditum his legibus instruite; per quas non vectes ferrei conterũtur, non compedes confringuntur. sed scelerum, criminumq. laquei dissoluuntur, vnde Nobis cæleſtia regna patescũt. Ergo pro huiusmodi sanctio-

ctionibus inuiolabiliter á vobis, & grege veſtro ſeruandis indices pagellas offerimus quas, dum conſulitis, immortalis auſpicium beatitatis lucrifacitis. Valete.

De

De Fide Orthodoxa, & ei oppositis Vitijs. Cap. I.



Spicientes in auctorem, & consumatorem fidei IESVM fidem semper profiteamur, & vsque ad extremum vitæ spiritum seruemus inuiolatam, abluti regenerationis lauacro in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti:

Fidei professionem, iuxta Canonicas, & Conciliares sanctiones emittant omnes beneficiati; sed & ad eam teneantur omnes ludi Magistri, & Lectores cuiuslibet scientiæ. Aliàs docendi muneri priuati arbitrio Nostro grauitèr puniantur, etiam si sint Regulares, dummodo extra Claustra munus exerceant.

Aberrantes à fide, & suspecti de huiusmodi crimine, & qui exercuerint etiam semel Incantationes, Veneficia, Diuinationes, seu Superstitiones cuiuscumque generis, ad Nostram notitiam deducantur, tàm per Clericos, quàm per Laicos. Contumaces in Sacramento Pœnitentiæ inabsoluti recedant.

Parochi, & Confessarij omnes sedulò extirpent

pent omne genus Superstitionum, Augu-riorum, aut Maleficiorum, & præsertim vsum superstitiosum orationum in medicamentum adhibere, ad Episcopum deferant similia crimina.

Regulis indicis inhærendo, non solum Hęredes cuiuscumque Defuncti, sed etiam Domorum præpositi cuiuscumque gradus, & conditionis teneantur singulis decennijs exhibere Ordinario fidelem notam librorum omnium, quos Domi, vel alibi detinent, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, à qua non absoluantur, donec paruerint.

Contra blasphæmos Pius Quintus statuit pro prima vice pœnam vigintiquinque scutorum, pro secunda duplicatum, pro tertia centum nũmorum, infamiæ, & exilij, quod si non sint, soluẽdo, manibus reuinctis ante fores Ecclesiæ constituantur, tum virgis publicè cædantur, demum lingua perforata triremi destinentur. Quas pœnas, quatenus opus sit, innouamus; & ad omne blasphemiæ genus extendimus, & hoc decretum quotannis à Parochis euulgetur in prima Dominica Aduentus.

Bi-

Bibliopolæ, circulatores, vel alij non possint venales libros, aut imagines exponere, non petita prius licentia à Curato loci, sub pœna carceris, quinquaginta scutorum, & excommunicationis. Curent etiam diligentissimè Parochi, nè præfati histriones, vel alij de rebus spiritualibus habeant sermonem, aut indulgentias publicent, vel similia committant errata, pro quibus omnibus, tamquàm à Nobis specialiter delegati præcipiant ijsdem, vt à præfatis abstineant, sub pœnis sibi benè visis, vel Nobis puniendos denuncient, & si crimen expostulet, delinquentes per satellites vinctos carceribus curent mancipari, processum agant, & alijs vtantur remedijs opportunis.

Fidei rudimenta, & doctrinam Christianam singulis diebus Dominicis pro eorum munere edoceant Parochi oues sibi creditas omnes, tam senes, quàm adultos, & adolescentes vtriusque sexus in visitando, & erudiendo, sub pœna quatuor scutorum pro qualibet vice.

Vbi non adest frequens populus Ecclesiæ vicinus, præfatum exercitium habeatur ante celebrationem Missæ, & insuper in principio

pio

pio Missæ populo respondente recitentur à Parocho quatuor Christianæ institutionis elementa, nempè Pater, Aue, Credo, & Decalogus.

Ludi Magistri ex decreto Lateranensis Concilij, ducant discipulos omnes ad Ecclesiam præfatis diebus, non accedentes sequenti die grauiter verberentur

In qualibet Parochia erigatur Congregatio Doctrinæ Christianæ, & si Parocho videatur expedire, dicta Congregatio sic erecta vniatur alicui sodalitati, ità vt sodales dictæ Societatis intelligantur esse sodales etiam Congregationis Doctrinæ Christianæ. Et quot annis eligantur Officiales vtriusque sexus per Parochum, absque alio scrutinio, qui edoceant Doctrinam Christianam fideles, accedentes ad Ecclesiam.

De Sacramentis in genere. Cap. II.

SAcramenta administrantes nihil exigant verbis, vel nutibus, directè aliquid petentes, sub pœnis à Iure communi contra Simoniacos statutis.

Vasa, quibus Olea sacra asseruantur sint argentea, vel saltem stamnea cum literis Oleum interius positum declarantibus.

Omnia Sacramenta, eorumque materiam, ac vasa sacra Parochi sub fidis clauibus detineant, quæ numquam nisi ex graui necessitate alteri committantur.

Sacramenta à nemine, etiam per Episcopum approbato administrentur inuito Parocho, qui secus fecerit eò ipso sit omnium Sacramentorum administrandorum facultate priuatus.

Sacramenta administraturi in Rituali Romani perlectione omne studium ponant, ab eoque ne latum quidem vnquem discedere præsumant.

Olea sacra deferenda tradantur solis Sacerdotibus, vel in sacris Ordinibus constitutis.

De Sacramentis Baptismi, & Confirmationis Cap. III.

OBstetrices semel in anno per Parochum euocentur, & formam, materiam Batismi, intentionisque necessitatem edoceantur, nisi hæc omnia calleant non permit-

mittantur huiusmodi munus exercere.

Aqua capiti infusa non decidat in fontem, sed in piscinam, vel profluat in aliud vas, à quo in sacrarium inferatur.

In dubio censemus infantem expositum, etiam si per scripturam collo appensam baptizatus significetur, nisi aliunde constiterit posse baptizari sub conditione.

Nomina non imponantur, nisi eorum, qui in Sanctorum numerum sunt relati, & si in Baptismo sint imposita, in Confirmatione mutentur.

Susceptores intelligant cognationem, quam contrahunt, & obligationem instruendi susceptos in fidei rudimētis, & bonis moribus.

Nemo baptizet alienos, nisi de licentia proprij Plebani præcisa necessitate, neque extra Diœcesim deferantur baptizandi, sub pœna excommunicationis eo ipso à deferentibus, & cooperantibus incurrenda.

In libro renatorum adscribatur dies natiuitatis, vna cum nomine infantis, parentum, & susceptorum, & fiat descriptio statim sine mora.

Fons Baptismalis semper in Sabbato Pentecostes renouetur sub pœna arbitrij.

Confirmādi per Parochum opportunè admoneantur, nè accedant, nisi ſeptennarij abſque reatu lætalis culpæ, & ad cautelam Sacramento Pœnitentiæ muniti, vt ſuſceptorem habeāt eiuſdem ſexus, non publicè criminoſum, atque vtrique calleant rudimenta fidei, vel à ſeptennio vſque ad decennium ſpem habeant citò addiſcendi.

De Sacramentis Pœnitentiæ, Euchariſtiæ, & Extremæ Vnctionis. Cap. IV.

IN Paſchate Parochi eos ad ſacram Communionem non admittant, quos in Confeſſione non audierint, vel fidem ipſius, cui confeſſi ſunt, non oſtenderint.

Abſentes in Paſchate, dum reuertuntur, mandamus moneri, vt propria peccata confiteātur, & ſacram recipiant Communionem in Parochia, etiam ſi fidem de receptis alibi Sacramentis oſtendant; alias habeantur pro contumacibus, & tanquam tales ſubijciantur interdicto.

Confeſſarij numquam audiant in confeſſione pœnitentes, cum quibus venerea perpetrarunt,

runt, sub pœna suspensionis ab audiendis confessionibus ipso facto absolutione reseruata.

A Casibus reseruatis ità prohibemus Confessarijs, nè absoluant, vt etiam omnibus peccatis auditis non liceat impertiri absolutionem Sacramentalem, & deinde pro reseruatis mittere ad Superiorem.

Mulierum non ęgrotantium confessiones non excipiantur extra sedem confessionalem, cú sua crate in fenestella, nec ante Solis ortum, vel post occasum, præciso casu necessitatis.

Confessarios monemus, vt sæpè sæpius vtantur pœnitentijs medicinalibus, & præseruatiuis.

Approbati ad audiendas confessiones, non exerceant hoc munus inuito Parocho loci, vbi illas audiunt, aliàs eò ipsò cesset eorum approbatio.

Confessarij non censeantur approbati, nisi secum habeant, vel domi, vel in Ecclesia Bullam Cœnæ, Casus reseruatos, & Bullam contra sollicitantes.

Ad confessiones audiendas non approbentur, nisi qui trigesimum annum expleuerint, nisi probitas Sacerdotis iudicio Episcopi suppleat ætatem.

Mu-

Mulierum ægrotantium confeſſiones patentibus foribus excipiantur.

Regulares aliàs ignoti ad examen non admittantur, niſi recentibus ſuorum Superiorum atteſtationibus, vita, & mores ipſorum commendentur.

Quam citiſsimè ſe expediant Confeſſarij à puerorum, & mulierum confeſsionibus, & eas numquam audiant, quæ velato capite, obtecto pectore, & habitu modeſto non incedunt. Item nec mares non depoſitis armis.

Confeſſarij veteres pœnitentiales Canones optimè calleant, vt ipſos pœnitentibus narrando, ſcelerum grauitatem maiori contritione compenſandam, & Eccleſiæ benignitatem in illis mitigandis agnoſcant.

Peccatores conſuetudinarij, qui de iure admitti nequeunt, ad Sacramenta non admittantur, ſub pœna excommunicationis eò ipsò abſolutione reſeruata.

Si approbati ad audiendas confeſſiones tam ſæculares, quàm Regulares habeant copulam etiam imperfectam cum aliqua perſona, ſtatim eò ipsò ceſſet eorum approbatio, & intimetur decretũ in actu approbationis.

A Cenſuris, & Caſibus reſeruatis abſoluentes, etiam

etiam si Confessarij sint Regulares, incidunt in excommunicationem eò ipsò, iuxta declarationem Sacr. Congregationis sub die 20. Nouembris 1622.

In Parochijs, vbi non est introducta sodalitas Sanctissimi Sacramenti, curet Parochi quam primum institui ad præscriptum Nostrum.

Qui contra Sacræ Congregationis Decretum à Nobis desuper habitum, absque Nostra expressa licentia Sanctissimum visibiliter adorandum exposuerit, vel processionaliter detulerit, non obstantibus cuiuslibet Aggregationis Bullis, sit suspensus ipso iure, exceptis Parochis in eorum Ecclesia.

A fenestris domus Sanctissimum spectare non liceat, sed quilibet ad domus ianuam illud genuflexus adoret, nec flores occasione processionis iaciantur à fenestris, sub pœna quatuor scutorum.

Parochi in Paschate administrēt Euchari stiam proprijs manibus, vt oues præcepto satisfacientes agnoscant, & indignos repellant.

Particulæ consecratæ saltem singulis decem diebus innouentur, & Hostiæ singulis quindecim diebus conficiantur.

Occasione Eucharistiæ administrandæ, non ex-

exponatur, neque circumferatur bursa, aut aliud ad colligendas eleemosynas, sub pœna vigintiquinque scutorum.

Mulieres studiosius, quàm par est ornatæ ad Sanctissimam Eucharistiam non accedant, & si præmonitæ non paruerint, reijciantur.

Duæ Communiones generales habeantur singulis annis, nempè in festis Purificationis, & Natiuitatis Beatę Mariæ Virginis, pro quibus Parochi populum disponant, non solum anticipatis cohortationibus, sed etiam expositione Sanctissimi, & processionibus, annunciando Indulgentiam Episcopalem ijs, qui sacram Communionem recipient.

Tabernacula, ostensoria, seu gestatoria sub lunula habeant plateolam inauratam, vt fragmenta, si quo casu decidant, colligi, & recondi possint.

Instruantur adolescentes post vsum rationis pro sumenda Eucharistia, omni adhibita diligentia, nec præteriri posit annus vndecimus, vel duodecimus, nisi rudis minerua eius, qui instruitur, aliud suadeat.

Pro extincta reperta lampade antè Sanctissimum, quatuor scutorum pœnam statuimus, dimidiam accusatori, cuius iuramento, at-

que

que vnius teſtis aſſertioni deferemus.

Parochi ſecunda, & tertia die Paſchatis, & Dominica in Albis moneāt generatim omnes, qui non communicarunt, quod abſque alia citatione, aut intimatione denunciabuntur interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ, & in caſu obitus eccleſiaſtica carebunt ſepultura. Factis tribus hiſce monitionibus, contumaces ad Curiam deferantur pro decreto affixionis abſque alia citatione.

Criminoſi, qui nequeunt Euchariſtiæ percipiendæ præcepto ſatisfacere, etiam ſi petant admitti, interdicti denuncientur, niſi dilucidè innoteſcat ipſorum emendatio.

Si dubitetur, an infirmus ſit viuus, vel defunctus, conferatur ei Extrema Vnctio ſub conditione, *Si viuus es, Per iſtam ſanctam &c.*

Si per errorem ſit adhibitum Oleum Chriſmatis, aut Cathecumenorum vnctio, cum Oleo Infirmorum, & forma verborum iteretur, cæteris omiſſis.

Ægrotos Parochi, etiam non vocati, viſitent opportunè, & ad patientiam, Sacramentorum perceptionem, & contritionem adhortentur.

Inualeſcente morbo ſæpius viſitetur infirmus,

& ad benè moriendum disponatur, cui Parochi curent semper adstare, vt momento illo, à quo pendet æternitas, non deseratur.

Infirmos sensibus destitutos, etiam si non dederint signa contritionis, sub conditione absoluant à peccatis, scilicet, *Si sint capaces absolutionis*, quia est opinio tuta, & valde probabilis.

De Sacramentis Ordinis, & Matrimonij. Cap. V.

IMprobamus eos, qui sola occasione beneficij Clericatum flagitant, quia nil amplius, quàm Iudas ex Apostolatus munere consequi solent.

Qui non afferunt attestationem à fide digno se per annum integrum singulis hebdomadis Eucharistię Sacramento refectos, careant spe vlterioris Ordinationis, multo magis si ad maiores Ordines aspirent.

Clerici in minoribus scenicè recitantes, vel nõ seruientes Ecclesiæ, cui sunt adscripti, vel gymnasium non frequentantes, habitu, & tonsura priuari possint.

Qui ad patrimonium donatum ordinãtur, probent

bent, ſe eſſe in pacifica poſſeſsione bonorum donatorum, ac iurent, nullum pactum fuiſſe initum cum donatore de fructibus bonorum non poſtulandis.

Cum variæ ſint opiniones circa ſuſpenſionem incurrendam per eum, qui ficto patrimonio ad Ordines accedit, Nos præfatam ſuſpenſionis pœnam eò ipsò ſimilibus delinquentibus indicimus.

Patrimonium ordinandi conſiſtat in bonis ſtabilibus, fructiferis, ſeù cenſibus, nunquam in domibus, nec admittantur donationes effectum non ſortitæ per fructuum perceptionem.

Habeant Ordinandi fidem à Parocho, ſiuè alijs fide dignis de moribus, de ſeruitio Eccleſiæ, de frequentia Sacramentorum, iuxta decretum de denũciationibus factis, & alias atteſtationes opportunas. Præterea Parochus ſecretò admoneat Epiſcopum, tàm de moribus Ordinandi, quàm de veritate patrimonij, & de præfatis omnibus.

Si quis minus verum teſtimonium ferat ad fauorem promouendi, Clericus ſit, vel Laicus, periurij, & falſi pœnas incurrat.

Litteræ Dimiſſoriales bimeſtri vetuſtiores,

De Parochis, & Beneficiatis. Cap. VI.

HAbeant Parochi plures codices, in quorum vno notent baptizatos, in altero coniugatos, in tertio defunctos, in quarto confirmatos, in quinto statum animarum, & totius Parochiæ, in sexto omnia anniuersaria, Missas, & legatá pia cuiuscumque generis, quæ, vel in propria, vel in alijs Ecclesijs intra limites suæ Parochiæ sitis, vel à se, vel à communitatibus, vel à familijs, cæterisque personis, & locis pijs erunt adimplenda. In septimo describantur diligentissimè bona mobilia, immobilia, cum omnibus finibus, iuribus, & actionibus sui beneficij, & cum omnibus oneribus, & obligationibus, quod præstent etiam cæteri beneficiati.

Studeant sæpè Parochi Concilio Tridentino, Cathechismo, Sacerdotali, & Rituali Romano. Item alicui concionum volumini, & casuum conscientiæ summis, scientes virtute Conc. Tridentini minus idoneis repertis coadiutorem adiungi posse alendum ex fructibus beneficij.

Vbi

Vbi Noſtras literas circulares receperint, promulgent, ſi quid ſit promulgandum, eaſque ad alios tranſmittant, cum ſubſcriptione, ac fide transſmiſſionis, & annotatione diei, ſub pœna vigintiquinque ſcutorum.

Miſſas celebrent Curati pro commoditate populi, reiecta cuiuslibet etiam magnatis importunitate.

Præter ſonitum Campanæ in Aurora, Meridie, & Veſpere, pulſetur hora vigeſimaſecunda, vel tertia pro agonizantibus, & prima hora noctis pro defunctis.

Nemo vſurpet functiones proprias Parochorum, & circa hoc improbamus, & annullamus conſuetudines etiam antiquas, & lõgiſſimi temporis ipſas abuſum declarantes.

Bullam Cœnæ, ſiue eius tranſumptum euulgẽt Parochi per partes tribus diebus Pentecoſtes, ſiue alijs feſtiuis per ſingulos annos.

Interdicta, vulgo dicta, Diuieta, aut alia profana nunquam promulgentur.

Euulgetur quot annis tertia Dominica Quadrageſimæ Decretum Sacri Conc. Trident. ſeſſ. 21. de Reform. incipient. Si quem Clericorum contra occupantes bona Eccleſiæ, lingua vernacula.

Pa-

Bibliopolæ, circulatores, vel alij non possint venales libros, aut imagines exponere, non petita prius licentia à Curato loci, sub pœna carceris, quinquaginta scutorum, & excommunicationis. Curent etiam diligentissimè Parochi, nè præfati histriones, vel alij de rebus spiritualibus habeant sermonem, aut indulgentias publicent, vel similia committant errata, pro quibus omnibus, tamquàm à Nobis specialiter delegati præcipiant ijsdem, vt à præfatis abstineant, sub pœnis sibi benè visis, vel Nobis puniendos denuncient, & si crimen expostulet, delinquentes per satellites vinctos carceribus curent mancipari, processum agant, & alijs vtantur remedijs opportunis.

Fidei rudimenta, & doctrinam Christianam singulis diebus Dominicis pro eorum munere edoceant Parochi oues sibi creditas omnes, tam senes, quàm adultos, & adolescentes vtriusque sexus in visitando, & erudiendo, sub pœna quatuor scutorum pro qualibet vice.

Vbi non adest frequens populus Ecclesiæ vicinus, præfatum exercitium habeatur ante celebrationem Missæ, & insuper in princi-

pio

pio Missæ populo respondente recitentur à Parocho quatuor Christianæ institutionis elementa, nempè Pater, Aue, Credo, & Decalogus.

Ludi Magistri ex decreto Lateranensis Concilij, ducant discipulos omnes ad Ecclesiam præfatis diebus, non accedentes sequenti die grauiter verberentur

In qualibet Parochia erigatur Congregatio Doctrinæ Christianæ, & si Parocho videatur expedire, dicta Congregatio sic erecta vniatur alicui sodalitati, ità vt sodales dictæ Societatis intelligantur esse sodales etiam Congregationis Doctrinæ Christianæ. Et quot annis eligantur Officiales vtriusque sexus per Parochum, absque alio scrutinio, qui edoceant Doctrinam Christianam fideles, accedentes ad Ecclesiam.

De Sacramentis in genere. Cap. II.

SAcramenta administrantes nihil exigant verbis, vel nutibus, directè aliquid petentes, sub pœnis à Iure communi contra Simoniacos statutis.

Vaſa, quibus Olea ſacra aſſeruantur ſint argentea, vel ſaltem ſtamnea cum literis Oleum interius poſitum declarantibus.

Omnia Sacramenta, eorumque materiam, ac vaſa ſacra Parochi ſub fidis clauibus detineant, quæ numquam niſi ex graui neceſſitate alteri committantur.

Sacramenta à nemine, etiam per Epiſcopum approbato adminiſtrentur inuito Parocho, qui ſecus fecerit eò ipſo ſit omnium Sacramentorum adminiſtrandorum facultate priuatus.

Sacramenta adminiſtraturi in Rituali Romani perlectione omne ſtudium ponant, ab eoque ne latum quidem vnquem diſcedere præſumant.

Olea ſacra deferenda tradantur ſolis Sacerdotibus, vel in ſacris Ordinibus conſtitutis.

De Sacramentis Baptiſmi, & Confirmationis Cap. III.

OBſtetrices ſemel in anno per Parochum euocentur, & formam, materiam Batiſmi, intentioniſque neceſsitatem edoceantur, niſi hæc omnia calleant non permit-

mittantur huiuſmodi munus exercere.

Aqua capiti infuſa non decidat in fontem, ſed in piſcinam, vel profluat in aliud vas, à quo in ſacrarium inferatur.

In dubio cenſemus infantem expoſitum, etiam ſi per ſcripturam collo appenſam baptizatus ſignificetur, niſi aliunde conſtiterit poſſe baptizari ſub conditione.

Nomina non imponantur, niſi eorum, qui in Sanctorum numerum ſunt relati, & ſi in Baptiſmo ſint impoſita, in Confirmatione mutentur.

Suſceptores intelligant cognationem, quam contrahunt, & obligationem inſtruendi ſuſceptos in fidei rudimẽtis, & bonis moribus.

Nemo baptizet alienos, niſi de licentia proprij Plebani præciſa neceſsitate, neque extra Diœceſim deferantur baptizandi, ſub pœna excommunicationis eo ipſo à deferentibus, & cooperantibus incurrenda.

In libro renatorum adſcribatur dies natiuitatis, vna cum nomine infantis, parentum, & ſuſceptorum, & fiat deſcriptio ſtatim ſine mora.

Fons Baptiſmalis ſemper in Sabbato Pentecoſtes renouetur ſub pœna arbitrij.

Confirmādi per Parochum opportunè admoneantur, nè accedant, nisi septennarij absque reatu lætalis culpæ, & ad cautelam Sacramento Pœnitentiæ muniti, vt susceptorem habeāt eiusdem sexus, non publicè criminosum, atque vtrique calleant rudimenta fidei, vel à septennio vsque ad decennium spem habeant citò addiscendi.

De Sacramentis Pœnitentiæ, Eucharistiæ, & Extremæ Vnctionis. Cap. IV.

IN Paschate Parochi eos ad sacram Communionem non admittant, quos in Confessione non audierint, vel fidem ipsius, cui confessi sunt, non ostenderint.

Absentes in Paschate, dum reuertuntur, mandamus moneri, vt propria peccata confiteātur, & sacram recipiant Communionem in Parochia, etiam si fidem de receptis alibi Sacramentis ostendant; alias habeantur pro contumacibus, & tanquam tales subijciantur interdicto.

Confessarij numquam audiant in confessione pœnitentes, cum quibus venerea perpetrarunt,

runt, sub pœna suspensionis ab audiendis confessionibus ipso facto absolutione reseruata.

A Casibus reseruatis ità prohibemus Confessarijs, nè absoluant, vt etiam omnibus peccatis auditis non liceat impertiri absolutionem Sacramentalem, & deinde pro reseruatis mittere ad Superiorem.

Mulierum non ęgrotantium confessiones non excipiantur extra sedem confessionalem, cũ sua crate in fenestella, nec ante Solis ortum, vel post occasum, præciso casu necessitatis.

Confessarios monemus, vt sæpè sæpius vtantur pœnitentijs medicinalibus, & præseruatiuis.

Approbati ad audiendas confessiones, non exerceant hoc munus inuito Parocho loci, vbi illas audiunt, aliàs eò ipsò cesset eorum approbatio.

Confessarij non censeantur approbati, nisi secum habeant, vel domi, vel in Ecclesia Bullam Cœnæ, Casus reseruatos, & Bullam contra sollicitantes.

Ad confessiones audiendas non approbentur, nisi qui trigesimum annum expleuerint, nisi probitas Sacerdotis iudicio Episcopi suppleat ætatem.

Mu-

Mulierum ægrotantium confeſſiones patentibus foribus excipiantur.

Regulares aliàs ignoti ad examen non admittantur, niſi recentibus ſuorum Superiorum atteſtationibus, vita, & mores ipſorum commendentur.

Quam citiſsimè ſe expediant Confeſſarij à puerorum, & mulierum confeſsionibus, & eas numquam audiant, quæ velato capite, obtecto pectore, & habitu modeſto non incedunt. Item nec mares non depoſitis armis.

Confeſſarij veteres pœnitentiales Canones optimè calleant, vt ipſos pœnitentibus narrando, ſcelerum grauitatem maiori contritione compenſandam, & Eccleſiæ benignitatem in ill s mitigandis agnoſcant.

Peccatores conſuetudinarij, qui de iure admitti nequeunt, ad Sacramenta non admittantur, ſub pœna excommunicationis eò ipsò abſolutione reſeruata.

Si approbati ad audiendas confeſſiones tam ſæculares, quàm Regulares habeant copulam etiam imperfectam cum aliqua perſona, ſtatim eò ipsò ceſſet eorum approbatio, & intimetur decretũ in actu approbationis.

A Cenſuris, & Caſibus reſeruatis abſoluentes,

etiam

etiam si Confessarij sint Regulares, incidunt in excommunicationem eò ipsò, iuxta declarationem Sacr. Congregationis sub die 20. Nouembris 1622.

In Parochijs, vbi non est introducta sodalitas Sanctissimi Sacramenti, curet Parochi quam primum institui ad præscriptum Nostrum.

Qui contra Sacræ Congregationis Decretum à Nobis desuper habitum, absque Nostra expressa licentia Sanctissimum visibiliter adorandum exposuerit, vel processionaliter detulerit, non obstantibus cuiuslibet Aggregationis Bullis, sit suspensus ipso iure, exceptis Parochis in eorum Ecclesia.

A fenestris domus Sanctissimum spectare non liceat, sed quilibet ad domus ianuam illud genuflexus adoret, nec flores occasione processionis iaciantur à fenestris; sub pœna quatuor scutorum.

Parochi in Paschate administrét Eucharistiam proprijs manibus, vt oues præcepto satisfacientes agnoscant, & indignos repellant.

Particulæ consecratæ saltem singulis decem diebus innouentur, & Hostiæ singulis quindecim diebus conficiantur.

Occasione Eucharistiæ administrandæ, non ex-

exponatur, neque circumferatur bursa, aut aliud ad colligendas eleemosynas, sub pœna vigintiquinque scutorum.

Mulieres studiosius, quàm par est ornatæ ad Sanctissimam Eucharistiam non accedant, & si præmonitæ non paruerint, reijciantur.

Duæ Communiones generales habeantur singulis annis, nempè in festis Purificationis, & Natiuitatis Beatę Mariæ Virginis, pro quibus Parochi populum disponant, non solum anticipatis cohortationibus, sed etiam expositione Sanctissimi, & processionibus, annunciando Indulgentiam Episcopalem ijs, qui sacram Communionem recipient.

Tabernacula, ostensoria, seu gestatoria sub lunula habeant plateolam inauratam, vt fragmenta, si quo casu decidant, colligi, & recondi possint.

Instruantur adolescentes post vsum rationis pro sumenda Eucharistia, omni adhibita diligentia, nec præteriri posit annus vndecimus, vel duodecimus, nisi rudis minerua eius, qui instruitur, aliud suadeat.

Pro extincta reperta lampade antè Sanctissimum, quatuor scutorum pœnam statuimus, dimidiam accusatori, cuius iuramento, at-

que

que vnius testis assertioni deferemus.

Parochi secunda, & tertia die Paschatis, & Dominica in Albis moneāt generatim omnes, qui non communicarunt, quod absque alia citatione, aut intimatione denunciabuntur interdicti ab ingressu Ecclesiæ, & in casu obitus ecclesiastica carebunt sepultura. Factis tribus hisce monitionibus, contumaces ad Curiam deferantur pro decreto affixionis absque alia citatione.

Criminosi, qui nequeunt Eucharistiæ percipiendæ præcepto satisfacere, etiam si petant admitti, interdicti denuncientur, nisi dilucidè innotescat ipsorum emendatio.

Si dubitetur, an infirmus sit viuus, vel defunctus, conferatur ei Extrema Vnctio sub conditione, *Si viuus es, Per istam sanctam &c.*

Si per errorem sit adhibitum Oleum Chrismatis, aut Cathecumenorum vnctio, cum Oleo Infirmorum, & forma verborum iteretur, cæteris omissis.

Ægrotos Parochi, etiam non vocati, visitent opportunè, & ad patientiam, Sacramentorum perceptionem, & contritionem adhortentur.

Inualescente morbo sæpius visitetur infirmus,

& ad benè moriendum disponatur, cui Parochi curent semper adstare, vt momento illo, à quo pendet æternitas, non deseratur.

Infirmos sensibus destitutos, etiam si non dederint signa contritionis, sub conditione absoluant à peccatis, scilicet, *Si sint capaces absolutionis*, quia est opinio tuta, & valde probabilis.

De Sacramentis Ordinis, & Matrimonij. Cap. V.

IMprobamus eos, qui sola occasione beneficij Clericatum flagitant, quia nil amplius, quàm Iudas ex Apostolatus munere consequi solent.

Qui non afferunt attestationem à fide digno se per annum integrum singulis hebdomadis Eucharistię Sacramento refectos, careant spe vlterioris Ordinationis, multo magis si ad maiores Ordines aspirent.

Clerici in minoribus scenicè recitantes, vel nõ seruientes Ecclesiæ, cui sunt adscripti, vel gymnasium non frequentantes, habitu, & tonsura priuari possint.

Qui ad patrimonium donatum ordinãtur, probent

bent, ſe eſſe in pacifica poſſeſsione bonorum donatorum, ac iurent, nullum pactum fuiſſe initum cum donatore de fructibus bonorum non poſtulandis.

Cum variæ ſint opiniones circa ſuſpenſionem incurrendam per eum, qui ficto patrimonio ad Ordines accedit, Nos præfatam ſuſpenſionis pœnam eò ipsò ſimilibus delinquentibus indicimus.

Patrimonium ordinandi conſiſtat in bonis ſtabilibus, fructiferis, ſeù cenſibus, nunquam in domibus, nec admittantur donationes effectum non ſortitæ per fructuum perceptionem.

Habeant Ordinandi fidem à Parocho, ſiuè alijs fide dignis de moribus, de ſeruitio Eccleſiæ, de frequentia Sacramentorum, iuxta decretum de denũciationibus factis, & alias atteſtationes opportunas. Præterea Parochus ſecretò admoneat Epiſcopum, tàm de moribus Ordinandi, quàm de veritate patrimonij, & de præfatis omnibus.

Si quis minus verum teſtimonium ferat ad fauorem promouendi, Clericus ſit, vel Laicus, periurij, & falſi pœnas incurrat.

Litteræ Dimiſſoriales bimeſtri vetuſtiores,

tàm pro sæcularibus, quàm pro regularibus non admittantur.

Eos, qui nulli Ecclesiæ sunt addicti, Ecclesiæ digniori illius loci, vbi degunt pro tempore ex nunc adscriptos declaramus.

Ordinãdi ad Sacros iuxta pręscriptũ Cõc. Prou. Senen. secedant ante statutã diem in locum religiosum, & ibi absterſis per generalẽ Cõfessionem maculis, orationi se tradãt per tẽpus quindecim dierũ, vel lõgius, si Episcopo videbitur sub directione periti, ac probi moderatoris Sacerdotis, vt vitę gen⁹, quod sectari volũt, melius norĩt, & circa illud deliberẽt.

Scripturæ Matrimoniorum per ecclesiasticas personas confectæ in Curia singulis annis asseruandæ præsententur.

Non denuncientur Sponsi pro Matrimonio contrahendo, nisi optimè calleant Mysterium Sanctissimæ Trinitatis. Pater, Aue, Credo, & Decalogum.

Si detegatur, aut denuncietur impedimentum, etiam dubium, consulatur Episcopus, vel Vicarius generalis.

Ante denunciationes, consensus vtriusque Sponsi requiratur, aliàs denunciationes habeantur pro omissis.

De-

Denunciationes fiant poſt Euangelium recitatum, & concionem abſolutam.

Ante celebrationem Matrimonij per verba de præſenti, Sponſi expient peccata per Confeſſionem, & ſacra Communione reficiātur.

Sponſus ante Matrimonium non cohabitet, neque verſetur cum Sponſa, ſub pœna ſcutorum quatuor, ab vtroque incurrenda.

Exterorum, & ignotorum denunciationes nūquam fiāt inconſulto Ordinario, & ſine eius licentia in ſcriptis, ad Sacr. Congreg. mandata ſeruanda.

Si contra voluntatem parentum debeat iniri Matrimonium, Epiſcopus conſulatur.

Diuertentes coniuges quoad torum, & habitationem abſque cauſa à Nobis probata, excommunicationis gladio feriantur.

Coniuges, vbi adeſt ſpes procreandæ ſobolis, vel vbi ſunt infantes, teneantur in domo retinere arcum paruulum, vulgo dictum, la guardiola, ſub pœna excommunicationis eò ipsò, niſi ſaltem domi detineatur.

Secundas nuptias clamoribus, ſtrepitibus, ſeu contumelijs laceſſiri, aut exagitari prohibemus, ſub pœna anathematis eò ipsò.

De

De Parochis, & Beneficiatis. Cap. VI.

HAbeant Parochi plures codices, in quorum vno notent baptizatos, in altero coniugatos, in tertio defunctos, in quarto confirmatos, in quinto statum animarum, & totius Parochiæ, in sexto omnia anniuersaria, Missas, & legata pia cuiuscumque generis, quæ, vel in propria, vel in alijs Ecclesijs intra limites suæ Parochiæ sitis, vel à se, vel à communitatibus, vel à familijs, cæterisque personis, & locis pijs erunt adimplenda. In septimo describantur diligentissimè bona mobilia, immobilia, cum omnibus finibus, iuribus, & actionibus sui beneficij, & cum omnibus oneribus, & obligationibus, quod præstent etiam cæteri beneficiati.

Studeant sæpè Parochi Concilio Tridentino, Cathechismo, Sacerdotali, & Rituali Romano. Item alicui concionum volumini, & casuum conscientiæ summis, scientes virtute Conc. Tridentini minus idoneis repertis coadiutorem adiungi posse alendum ex fructibus beneficij.

Vbi

 164

Vbi Noſtras literas circulares receperint, promulgent, ſi quid ſit promulgandum, eaſque ad alios tranſmittant, cum ſubſcriptione, ac fide transmiſſionis, & annotatione diei, ſub pœna vigintiquinque ſcutorum.

Miſſas celebrent Curati pro commoditate populi, reiecta cuiuslibet etiam magnatis importunitate.

Præter ſonitum Campanæ in Aurora, Meridie, & Veſpere, pulſetur hora vigeſimaſecunda, vel tertia pro agonizantibus, & prima hora noctis pro defunctis.

Nemo vſurpet functiones proprias Parochorum, & circa hoc improbamus, & annullamus conſuetudines etiam antiquas, & lõgiſſimi temporis ipſas abuſum declarantes.

Bullam Cœnæ, ſiue eius tranſumptum euulgẽt Parochi per partes tribus diebus Penteconſtes, ſiue alijs feſtiuis per ſingulos annos.

Interdicta, vulgo dicta, Diuieta, aut alia profana nunquam promulgentur.

Euulgetur quot annis tertia Dominica Quadrageſimæ Decretum Sacri Conc. Trident. ſeſſ. 21. de Reform. incipient. Si quem Clericorum contra occupantes bona Eccleſiæ, lingua vernacula.

Pa-

Parochi sedulò inquirant, an qui degunt sub eorum cura, sint dediti vsuris, concubinatibus, inimicitijs, blasphæmijs, lenocinijs, adulterijs, bonorum Ecclesiæ vsurpationibus, indebitis diuortijs, an adulterentur pondera, & mensuras, an merces cariùs, quàm par est, etiam dilata solutione vendant, & si qui sint alij criminosi, qui si paternè correcti non resipuerint, ad Nostram notitiam deducantur, aliàs eorum conscientiam nouerint oneratam.

Singulis annis Notarijs suæ curæ subiectis intiment, eos teneri sub pœna excommunicationis eò ipsò absolutione reseruata intra quindecim dies à testatorum obitu, seu à benefactorum dispositione inter viuos denunciari Curiæ Episcopali, relicta omnia, & donata ad pias causas.

Vbi non exercetur congregatio, seu discussio Casuum Conscientiæ, quilibet Curatus singulis mensibus trium Casuum Conscientiæ decisionem ad Nos transmittat.

Parochi magis quàm bis in mense extra fines Parochiæ non pernoctent Nobis inconsultis, sub pœna quatuor scutorum.

Muros Ecclesiæ, ac Domorum, & vniuersam stru-

ſtructuram cuſtodiant, & reparent beneficiati, bonaque ipſa ad meliorem culturam ſemper redigant, confinia recognoſcant, & contra damnificantes procedant, & inſtent omni meliori modo.

Curent Parochi, omni adhibita diligentia, nè ſimul cubent fideles diuerſi ſexus expleto ſeptennio quantumcumque coniuncti, præciſo coniugio, ſedulò obſeruantes recenſitas animas in vnaquaque Domo penes librum confectum ſtatus animarum.

Ad lites dirimendas ſi Beneficiatus decedat in menſe Iunij, fructus omnes tritici, & bladarum, ſiue canonis, qui ſolet exigi à conductore, vel emphyteuta pro rata, quæ reſpicit dictos fructus, ſpectent totaliter ad ſucceſſorem, ſi verò decedat in menſe Iulij, vel deinceps, ſpectent dicti fructus ad hæredes defuncti, itá tamen, vt moderata alimenta Rectori futuro, vel Æconomo reſeruentur, triũ ſcilicet ſcutorum in ſingulos menſes, vſque ad aliam recollectam; quod ſi contingat fieri à Rectore futuro recollectam decimarum vini, ſiue olei, debeant præfata alimenta proportione diminui. Decimæ verò inexactæ, ſemper ſpectent ad ſucceſſorem. At in be-

neficijs simplicibus hæredes defuncti non teneantur ad alimenta, sed subeant tantùm onera, vsque ad nouam fructuum recollectam.

Crocei galla, à solo non separata concimina, & agrorum cultura pro parte dominica defuncto Beneficiato, intelligantur spectare ad successorem.

Defuncto Parocho, tot supellectilia remaneant pro successore, quot arbitrabitur Ordinarius, iuxta Bullam Pontificiam, & laudabilem Nostræ Diœcesis consuetudinem.

Arbores etiam cæduæ à Beneficiatis non incidantur, nisi cum Nostro consensu, & post obtentam licentiam in scriptis, & gratis, & quisque debeat pro singulis arboribus incisis, quatuor similes subrogare, & viuas alere, sub pœna quinque scutorum, dictæ culturæ applicandorum, quod idem de vitibus deficientibus mandamus obseruari.

Pro decimis, quæ exiguntur à Dominis, & à Colonis prædiorum actionem in solidum contra alterutrum statuimus, & contra semel in iudicium vocatum literas grauatorias relaxari concedimus.

Si domicilium mutetur, decima personalis pro

rata

rata temporis soluatur vtrique Parocho.

Exteri, qui maiori anni parte ruri, vel in pago commorantur, decimam soluant Parocho loci, vbi habitant.

Controuersiæ ortæ occasione funerum, manu regia dirimantur, omni appellatione postposita.

In causis funerum, ac decimarum, sola facti veritate inspecta extra iudicialiter procedi possit, atque omnia exequutioni de nandari.

Apprehensa possessione beneficij in Ecclesia, vel Altari, vbi est titulus, censeatur capta possessio omnium bonorum, & Iurium ipsius beneficij.

Decreta visitationis non adimpleta per defunctum, ab ipsius hæredibus adimpleantur.

Beneficiati simplices soluant procurationem in actu visitationis iuxta redditum sui beneficij ad rationem trium pro centenario, & ex dicta solutione subleuentur Curati pauperiores, iuxta prudentem distributionem faciendam arbitrio Ordinarij.

De laudabili Clericorum vita. Cap. VII.

TAm multa à ſacris Canonibus Æcumenicis Concilijs, & Conſtitutionibus, tàm Synodalibus, quàm particularibus Prædeceſſorum Noſtrorum, ſanctè, & piè inſtituta fuerunt, & ordinata, vt ſuperuacaneum duxerimus alia ſtatuere pro Noſtri Cleri, tam benè morigerati diſciplina conſeruãda. Vehementer igitur omnes, & ſingulos hortamur, vt præfata ſæpius memoria reuoluere, atque in editis voluminibus omni diligentia, ſtudio, atque aſſiduitate lectitare non negligant. Quoniam verò præ fragilitate noſtra ad religioſam vitæ ſeriem, & regulam ſeruandam, diuinam decet opem implorare, cum oporteat ſemper orare, & nunquam deficere: Idcirco hoc tantum placuit pietati veſtræ citra reatus periculum demandare, vt Sacerdotes omnes, cum diluculò ſurrexerint, vel alio tempore magis opportuno, per dimidiam horam alicui mentali vacent orationi, ſeu meditationi. Cæteri Sacris initiati, ſaltẽ per quartam horæ partem diuina elo-

eloquia mente concipiant, & vt alacrius ad tam ſalutare opus alliciantur, id totum ſeruantibus qualibet vice, decem dies Indulgentiæ elargimur in Domino.

Clericalis tonſura quolibet decimoquinto ad ſummum die abraſis capillis renouetur, & barba ab vtraque oris parte non geſtetur intorta, pilos autem labijs ſuperiores Sacerdotes frequenter incidant.

Comam, & capillos comptos, cincinnatos, aut ſupra frontem eminentiores non habeant, ſub pœna ſcutorum quatuor, & ex aſpectu contumaces condemnentur.

Laruatus nemo incedat, nec choreas ducat, ſub pœna excommunicationis eò ipsò abſolutione reſeruata. Nemo choreis, ſeu cantibus mulierum interſit, ſub pœna viginti ſcutorum.

Habeant Clerici apud ſe Bibliorum volumen, Cathechiſmum Romanum, Concilium Tridentinum, Synodales haſce Conſtitutiones, & alios libros ad pietatem excitantes.

Congregationes diſcuſſionis Caſuum Conſcientię frequentent etiam Clerici in minoribus, ſub pœna arbitrij.

Obtinens facultatem armorum cuiuſcumque ge-

generis, præter quam à nobis, siuè illam domi, vel secum retinens, aut gerens, anathema sit eò ipsò.

De sacrosanctis Ecclesijs, & Missarum celebratione. Cap. VIII.

NOuæ Ecclesiæ, Oratoria, Altaria, Cappellę, seu Monasteria à nemine extruantur, vel extructis aliquid superstruatur, sub pœna anathematis eò ipsò, tàm ab auctoribus ædificij, quàm ab operarijs incurrenda.

Altaria erecta sine dote sufficienter diruantur, nisi infra annum dotentur, & de necessarijs omnibus prouideantur.

Mulieres inobuelato capite in Ecclesiam non ingrediantur, & ingressæ eijciantur.

Vbique fiat diuisio sexus tempore Diuinorum Officiorum, & Concionis, sub pœna arbitrij pro Ecclesiæ Rectore, & pro contumacibus quatuor scutorum.

Nemo adhæreat Altaribus, nemo dormiat, aut iaceat in Ecclesia, nemo in ipsā sclopeta, seu hastas ferro munitas inferat, nemo habeat ibi commessationes, & compotationes, neque sub quo vis pietatis colore.

Intra

Intra quadraginta passus propè Ecclesias non liceat choreas ducere, sub pœna carceris, & excommunicationis.

Loca pro sedilibus in Ecclesia numquam præscribantur, sed arbitrio Rectoris disponãtur.

Ecclesiæ saltem bis singulis hebdomadis verrantur, & quotiescumque egent, à sordibus, & à ranearum telis mundentur, & expurgentur.

Tela stragula super omnibus Altaribus paretur, vt à puluere defendantur, & fenestræ Ecclesiarum, vitro, seu tela stagminea claudantur.

Nullæ cadauerum inspectiones, seu delictorum inquisitiones, aut similes actus iudiciales fiant in Ecclesijs, quod si contingat faciendum visum repertum, exportetur corpus extra Ecclesiam, præcedente Nostra licentia.

Cœmeteria semper clausa detineantur, ossibus humi reconditis, & in ijs præalta Crux erigatur. Vites, & arbores, & vepres ab eo abdicentur, & extirpentur.

Sacerdos sacris vestibus indutus non deambulet, non accedat ad circulos, nec profanè colloquatur, aut vana loquentibus det aures.

Sacerdoti inter ad Altare eundum, & redeundum

dum omnes assurgant capite detecto, etiam laici.

Silentium non præstantes dum adstant Sacrificio Missæ, vnius auri pœnam incurrant.

Nemini liceat extra Ecclesiæ limina, vel in eius foribus Missam audire, præcisa necessitate, sub pœna trium aureorum.

Diebus festis non liceat in Oratorijs, Societatibus, seu alijs simplicibus Ecclesijs celebrare, antequam Parochus Missam absoluerit absque Nostra licentia, sub pœna suspensionis per mensem eò ipsò.

Missa non celebretur, nisi Laudibus absolutis, & caueant omnes, nè agnum comedant nimis festinanter.

Sacerdos post Missam nemini exhibeat reuerentiam, nisi adsit Episcopus, seu Magnus Princeps ex Serenissima Domo.

Vbi nequit haberi vinum album pro Sacrificio Missæ, digitorum ablutio fiat aqua tantum.

Vagi, & ignoti Sacerdotes nullibi permittantur celebrare, etiã in Ecclesijs Regularium, nisi recenti Ordinarij sui testimonio sint ad id munus approbati.

Vbi plures celebrantur Missæ ex obligatione, adsit codex in Sacristia, in quo celebrantes

quo-

quotidiè sua manu testentur se celebrasse pro tali onere, cũ applicatione, alias vti non celebrãtes punctentur, & pręfati libri singulis semestribus Nostræ curæ præsententur.

Pro singulis punctaturis soluatur Iulius cum dimidio, & tamen punctatus ad celebrandum teneatur.

Cappellani amouibiles quarumcumque Ecclesiarum, & cuiuscumque Oratorij, absque Nostris patentibus literis, præfatum munus non exerceant, sub pœna vigintiquinque scutorum.

Tabella appendatur in vnaquaque Sacristia loco conspicuo, vbi Missarum, Officiorum, & aliarum obligationum, consuetudinumq. illius Ecclesiæ monimenta notentur.

De Canonicis, & Chori disciplina. Cap. IX.

CApitulum non ritè congregatum intelligatur, nisi pridie omnes Canonici residentes inuitentur.

Iurgia, conuicia, seu contumelias in Capitulo, seu Choro in alium irrogantes, distributionibus, & fructibus sui Canonicatus per duos

mensés pro rata priuati existant eò ipsò.

Negocia in Capitulo secretis suffragijs non deliberata, nulla sint eò ipsò, & qui votum palam reddit, voce actiua, & passiua per annum sit priuatus, absque alia declaratione.

Non possit recusari munus à Capitulo demandatum, absque licentia Episcopi, sub pœna viginti scutorum.

Psallentium mens, & intentio, non in lucrum intendatur, nè obijciatur illud Isaiæ. *Omnes diligunt munera, sequuntur retributiones, sed labijs, & corde Deum honorent, cauentes dictum; Maledictus, qui facit opus Dei negligenter.*

Qui extra Chorum cunctatur de industria differens aduẽtum suum vsque ad tempus puncto præfinitum, vel qui Chorum ingressi inde discedũt redituri, absentis loco habeãtur.

Distributionibus carere iubemus recusãtes canere graduale, vel propria munera exercere, literas legentes, dormientes, proprium stallum derelinquentes, etiam ad breue tempus, sine necessitate.

A Choro procul absint risus, ioci, rixæ, & vsus tabacchi: ibi omnes pro officij ratione æquè sedeant, stent, flectant genua, caput aperiant, & inclinent.

In-

Infirmi si domo exire inſpiciantur, non cenſeantur excuſati abſque Epiſcopi declaratione. Qui propriç ſalutis immemor commentitias excuſationes commíniſcitur, & fingit, ſeu contra præſcriptum ordinem diſtributiones recipit, eò ipsò ab ingreſſu Eccleſiæ ſit ſuſpenſus.

Chori Præfectus, ſi quem viderit in aliquo offendere, perhumaniter corrigat. Inobedientes mandet punctari omni reiecta importunitate,

Liber punctationum diligenter, & fideliter à punctatoribus in arcula, claue munita cuſtodiatur, nec alteri, quàm præfecto Chori oſtendatur.

Præſentis negocium in Capitulo non pertractetur, ſub pœna nullitatis.

Debitores punctaturarum, niſi debitum exſoluerint infra menſem arceantur à diſtributionibus quibuſcumque, donec ſatisfaciant.

De ſacris Reliquijs, & Imaginibus, & dierum Feſtorum obſeruatione. Cap. X.

SAcræ Reliquiæ in locis honeſtis,ac decentibus vaſculis ſera, & claue munitæ cuſtodiantur, & ſi quando venerationi exponantur, accendantur cerea, ſeù intortitia.

Non extrahantur è locis, vbi claudũtur abſque Noſtra licentia, neque pro legitimis reputentur abſque Noſtra recognitione, & approbatione.

Earum index tabella in Sacriſtia ſemper maneat appenſa, & exemplar ipſius ad Curiam tranſmittatur.

Reliquias ſubtrahentes, vel alienantes etiam in minima parte, ſint eò ipsò excommunicati, nec poſſint abſolui.niſi ſequuta reſtitutione.

Imagines profanæ deleantur ab icona, aliàs interdictum extet Altare.

Imagines vetuſtate corroſæ, niſi poſſint reparari,deleantur, vel comburantur, & cinis in Sacrarium proijciatur.

Non euulgentur miracula,quæ dicuntur edi ab Imaginibus ſacris abſque Noſtra recognitione,

tione, atque approbatione de peritorum consilio.

Arceatur ab Imaginibus omnis lasciuia, procax venustas, aut obscænitas, etiam si in domesticis ædibus sint retinendæ; & iam pictæ, vel deleantur, vel corrigantur. Excitantes libidinem pingi, aut retineri prohibemus, sub pœna anathematis eò ipsò.

Oblationes, & vota, aut miraculorum tabellæ nullibi suspendantur, donec ab Episcopo non ex vulgi concursu, sed ex Theologorum approbatione veritas exploretur.

Declaramus consuetudinem pro dierum Festorum obseruatione in Nostra Ciuitate, & Diæcesi vigeri à media nocte ad aliam mediam noctem per spatium 24. horarum.

Quatuor scutorum pœnam indicimus, quomodocumque Festorum dierum obseruantiam violantibus.

Officinæ in diebus Festis clausæ permaneant, sub pœna decem scutorum, nisi vendantur necessaria ad victum illius diei; & liceat Aromatarijs hora vigesima tertia officinam aperire pro parandis pharmacis.

In omnibus autem casibus excusamus veram, & non fictam necessitatem.

Cu-

Curent Parochi tamquam à Nobis delegati. & satellites Curiæ sæcularis in subsidium Iustitiæ, grauent exercentes opera seruilia, & iumenta ducentes onerata diebus Festis de præcepto captis pignoribus, quæ deferant in domum Parochi ad Curiam Episcopalem asportando pro satellitum satisfactione, & pœnæ solutione.

De Sodalitatibus, & alijs locis Pijs. Cap. XI.

NOmina Fratrum. & Sororum ordinatim in libro, aut in albo describantur, & nemo expungatur Episcopo inconsulto.

Ignorans fidei rudimenta, siue publico facinore, aut infamia notatus, eò ipsò deletus existat à numero Confratrum.

Nemo ante duodecimum annum in Sodalem recipiatur, & qui recipitur saltem per duas ex tribus partibus votorum approbetur in Congregatione saltem duodenaria.

Debitores Sodalitatum omni prorsus officio careant, donec debitum persoluerint.

Non fiant deliberationes, aut decreta, nisi per

vota

vota ſecreta : viua voce facta, ſint omninò inualida.

Electioni Officialium Parochus ſemper aſſiſtat, ſub pœna nullitatis.

Sindici creentur, cum cæteris Officialibus, pro reuiſione dati, & accepti præteriti Camerarij, & fiat reuiſio coram Parocho, tanquam à Nobis deputato, ſub pœna anathematis, & interdicti Oratorij.

Capitula, deliberationes, ſeu ſtatuta cuiuslibet Societatis nullius ſint roboris, aut valoris, abſque approbatione Ordinarij.

Camerarij cuiuſcumque Sodalitatis, vel alij Adminiſtratores locorum Piorum, abſoluto eorum officio, præſentent infra menſem, & conſignent librum ſuæ adminiſtrationis, pecuniam, ac cætera ſpectantia ad locum Pium, cuius fuerint officiales, Sindicis, & Sacerdotibus in officio, ſub pœna anathematis eò ipsò, abſolutione reſeruata.

Loca Pia quocumque nomine nuncupata, nil alienent, & locent, neque legata agnoſcant, quibus annexa ſunt onera, abſque Noſtra licentia, ſub pœna nullitatis.

Nulli Confratrum liceat bona, iura, fructus Societatis in proprios vſus conuertere, neque

Ad-

Administratores locorum Piorum possint emere bona administrata pro se, aut coniunctis personis.
In codice referatur inuentarium immobilium, & mobilium, cum oneribus, & obligationibus, quæ ad Societatem spectant, & album onerum semper appensum detineatur.
In domibus Societatum, non habeantur commessationes, compotationes, aut ientacula.
Non commodetur frumentum à Montibus Pietatis, nisi sciant commodatarij, se non teneri plus accepto tribuere, & quid quid largiuntur ex mera liberalitate largiri.
Camerarij, seu alij Administratores locorum Piorum negligentes in exactionibus, teneantur de proprio, arbitio Ordinarij.
Rectores Hospitalium, quàm primum inuentarium bonorum in principio sui officij ritè conficiant, rationes ex præscripto Concil. Trident. legitimè reddant, superfluam ad vsum Xenodochij ex eodem Concilio pijs operibus deputentur.
Fructus Hospitalium in alios vsus, quàm pauperum non conuertantur, sub pœna dupli.
Mares cum fœminis, etiam si se coniuges asserant in eodem domicilio cubare non permit-

mit-

mittantur, sub pœna anathematis eò ipsò à Rectoribus Hospitalis incurrenda, absolutione reseruata.

De Iudicijs. Cap. XII.

AD forum Ecclesiasticum pertineant causę omnium Clericorum, & Religiosarum personarum. Insuper causæ Decimarum, Matrimoniorum, Simoniæ, Hæresis, Sacrilegij, Iurispatronatus, & aliæ omnes, quæ de iure, vel consuetudine pro Ecclesiasticis haberi solent.

In causis dotis Viduarum, Pupillorum, & Miserabilium personarum, Periurij, Adulterij, aliorumque criminum, quæ dicuntur, Mixti fori, sit locus præuentioni.

Clerici, & Religiosi, absque Nostra licentia in scriptis, in Iudicio sæculari non compareāt, sub pœna decē scutorū, & nullitatis actorū.

Si causæ excedant summam decem scutorum, producatur libellus, seu summaria petitio, & facta citatione, concessoq; termino ad ponendum, seu articulandum lis habeatur pro contestata.

F Reus

Reus contumax actore docente de iure suo condemnetur, nec audiatur, nisi refectis expensis absolutionis beneficium obtineat.

In causis summam decem scutorum non attingentibus, procedatur per viam monitorij, cum termino ad satisfaciendum trium dierum.

Si reus compareat, & neget, actor habeat tempus decem dierum ad probandum; Postmodum reus alios decem ad dicendum contra iura producta, & probandum, siuè excipiendum quidquid velit. Termini autem possint ex iuxta causa à Iudice prorogari. Postea detur terminus sex dierum vtrique parti, ad probandũ, & probatũ habendum per omne probationis genus, sub pœna repulsę, & post hæc feratur sententia.

Si causa nõ excedit summam trium scutorum, Iudex summariè, simpliciter, ac de plano sine strepitu, & figura iudicij procedere possit, etiam extraiudicialiter, si sibi videatur expedire; & exequutionem contra debitorem committere.

Inter summarias numeramus causas mercedis, salarij, pharmaci, ceræ pro funere, annui canonis, annuæq. pręstationis, & id genus alias.

Libri mercatorum, ſeu priuatarum perſonarum legaliter conſcripti, & detenti, faciant plenam fidem pro ſcribente, vſque ad ſummam quatuor ſcutorum.

Terminum duorũ menſium ſtatuimus ad proſequendam appellationem, & fidem legitimam faciendam de cauſæ commiſsione, aliàs appellatiò deſerta, & ſententia in rem iudicatam tranſijſſe cenſeatur.

Tempora pendente compromiſso minimè currant.

Scripturæ productæ animo rehabendi, non reſtituantur, niſi fuerint in acta Curiæ relatæ, ſub pœna vnius aurei.

In cauſis ſummam decem ſcutorum non excedentibus, & in exequutiuis procedi poſſit per viam ſimplicis præcepti, nec ſit neceſsè inſtrumenta, & iura in acta referre, dummodo Iudici oſtendantur originalia.

Scripturæ originales non extrahantur è Cancellaria, abſque Noſtra licentia, ſub pœna decem ſcutorum.

Depoſita ad euitandam caducitatem, ſi fuerint integra, & facta in tempore, habeantur pro plena ſatisfactione, dũmodo parti intimentur in perſonam, vel ad domum, vel ad val-

uas Ecclesiæ, aliàs vt nulla habeantur. Creditor autem possit exigere depositum absque alia citatione aporissam tantum Iudici ostendendo.

Nisi moræ purgatio fiat intra mensem à die factæ intimationis, seu citationis, nemo ad eam amplius admittatur.

Non attendantur nullitates, nisi ex defectu citationis, iurisdictionis, & mandati.

Qui Edicta, aut Decreta, seu Cedulones cuiuscumque generis ab Ordinario, siue de eius mandato expositos à locis, quibus affiguntur amouent, lacerant, seu deturpant, quique literas circulares, seu alias, quas ab Episcopo, seu Officialibus Curiæ conscribi dignoscitur, seu dubitatur, vel ad ipsos diriguntur, detinent, vel aperient, sint eò ipsò excommunicati, absolutione reseruata.

Miscellaneum Decretorum. Cap. XIII.

PErcussoribus personarum Ecclesiasticarum, pœnam quinquaginta scutorum indicimus.

Eamdem pœnam statuimus contra adulteros, & con-

175

& concubinarios vtriusque sexus, addita pœna exilij, carceris ad arbitrium, & excommunicationis.

Procuratores, siue alij comparentes in Iudicio pro personis facinorosis tuendis, quãdo agitur de morum correctione tamquam infames, & lenones a Cancellaria eijciantur, & sint obnoxij pœnis Decretalibus aliàs emanatis.

Cum Regularibus nemo ludat, sub pœna anathematis eò ipsò, & sciant omnes se ad lucri restitutionem teneri.

Anathematizamus eò ipsò, occidentes columbas non suas, siuè ab alienis columbarijs surripiẽtes, nec absoluantur, donec restituãt.

Adhibitis Romanorum Theologorum consilijs declaramus consuetudinem non comedendi oua, & lacticinia in Vigilijs, & Quatuor Temporibus extra Quadragesimam, in Nostra Ciuitate, & Diœcesi vim legis obtinuisse.

Sciant omnes, qui maiori anni parte habitant in nostra Diœcesi, etiam si Senis, vel alibi soleant minori tempore permanere, se omnibus Nostris legibus, & consuetudinibus obstrictos.

Ex Decreto Sacræ Congregationis emanato die 20. Decembris 1616. prohibentur mulieres habitum Tertiariarum suscipere, inconsulto Ordinario, cui de requisitis conditionibus constare debet. Eadem Sacra Congregatio per rescriptum à Nobis habitum, intimari iussit obseruantiam præfati Decreti Procuratoribus generalibus Religionum D. Francisci; cuius Decreti mandatis inhærendo præcipimus, nè qua mulier Nobis inconsultis aduersetur dicto Decreto, sub pœna excommunicationis.

Caupones in diebus Ieiunij non ministrent cibos vetitos, inconsulto Parocho, sub pœna scutorum vigintiquinque, nec vlli liceat tempore Quadragesimæ vti cibis vetitis, absque licentia manu sui Parochi subscripta, sub dicta pœna.

Præfata omnia, salua semper Sanctæ Sedis Apostolicæ auctoritate, cuius iudicio, Acta hæc, Decretaque cuncta demissè, atque humiliter subijcimus.

INDEX CAPITVLORVM.

De Fide Orthodoxa, & ei oppositis vitijs. Cap. I. pag. 6
De Sacramentis in genere. Cap. II. 9
De Sacramentis Baptismi, & Confirmationis. Cap. III. 10
De Sacramemtis Pœnitentiæ, Eucharistiæ, & Extremæ Vnctionis. Cap. IV. 12
De Sacramentis Ordinis, & Matrimonij. Cap. V. pag. 18
De Parochis, & Beneficiatis. Cap. VI. 22
De laudabili Clericorum vita. Cap. VII. 28
De Sacrosanctis Ecclesijs, & Missarum celebratione. Cap. VIII. 30
De Canonicis, & Chori disciplina. Cap. IX. 33
De sacris Reliquijs, & Imaginibus, & dierum Festorum obseruatione. Cap. X. 36
De Sodalitatibus, & alijs locis Pijs. Cap. XI. 38
De Iudicijs. Cap. XII. 41
Miscellaneum Decretorum. Cap. XIII. 44

BRE-

BREVE DIRETTIONE per cauar frutto dal libro dello ſtato dell'Anime.

E Neceſſario a' Curati, che doppo d'hauer deſcritto diligentemente ne' modi ordinati, tutte l'Anime commeſſe alla lor Cura non laſcino ſtare quel libro così otioſo, ma almeno due volte il meſe ſi mettino à leggerlo appuntatamente, conſiderando fameglia per fameglia, e caſa per caſa, tutte le perſone, che vi habitano, per conoſcerle perfettamente, acciò poſſino dire con veritá. *Ego ſum paſtor bonus, & cognoſco oues meas.* Eſſaminino, per eſſempio, in ciaſcheduna caſa, che fa il capo di fameglia, come viue, come frequenta ſpeſſo i Sacramenti, come dà eſſempio à gli altri di caſa ſua, come mantiene, e conſerua la pace con i ſuoi, e con gli altri, come tiene in freno la giouentù, & i figli, come gl'inſtruiſce, e gli fa inſtruire ne' rudimenti della Fede, e ſe perciò gli manda alla Dottrina Chriſtiana, come gli prohibiſce i giuochi vitioſi, & altri ſuagoli, ſe eſſerciti la ſua profeſſione con la debita

ret-

rettitudine, se per disgratia fosse ingolfato in qualche vitio scandaloso, e trouandolo mancheuole nelle cose sudette, ò altre, vedino con paterne ammonitioni, ò con minaccie pastorali, come più giudicaranno espediente di ridurlo allo stato di salute. E doppo, che haueranno esperimentato non bastar le forze per l'emendatione, manifestino il tutto al Superiore.

Circa la Madre di famiglia, considerino se stà vnita, & in concordia con il Marito, se alleua i figli, e gl'insegna le cose, che deuono imparare, se gli dà essempio di fare oratione, sera, e mattina, se orni troppo vanamente le figliole, se si astenga le Feste dal cucire, & altri lauori, se dà credito à superstitioni, ò se le metta in vso, se degeneri dalla pietà del sesso femineo, non si confessando spesso, se habbia maleuolenze con le vicine, ò altre, se soglia cadere in mormorationi, e cose simili.

Circa i figli, & altri di casa di giouenile etá, procurino, che venghino alla Dottrina Christiana, e rendendosi per qualche cagione impossibile il loro venire in giorno di

Festa,

Festa, li chiamino con carità in diuersi tempi fra settimana, l'ammonischino, l'instruiscono, & *frangant panem paruulis petentibus.*

Non permettino, che essendo vicini all'etá nubile dormino insieme persone di diuerso sesso, quantosiuoglia congiunti di sangue, & in caso di pouertà, auuisino il Prelato, che anco con il proprio prouederà ad ogni pericolo, & hauendo padre, e madre, procurino, che faccino diuerso letto da' sudetti figli.

Doue sono fanciulle nubili, gli prohibischino le veglie, e balli, che sono la peste della Castità, e causa d'infiniti mali, disordini, e peccati, & il dishonore delle fameglie, e sgridino, e correghino le madri, che per lo più ne sono cagione, per dar contento alle lor figlie.

Se vi saranno in casa garzoni, serue, ò seruitori, procurino, che non vi sia sospetto, nè ombra di male, e che li capi di casa l'ammonischino à frequentare i Sacramenti, e gli faccino viuere con il timor di Dio, altrimenti gli licentijno dalla loro seruitù.

Li

Li ſi propongono queſte breui conſiderationi, con deferire alla pietà, zelo, e religione de' Curati, per ſupplire à tutto quello, che mancaſſe, con continue, e molto penſate, e meditate diligenze, & accuratezze, per la ſalute del lor grege.



LAVS DEO.